Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8491
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



De putredine et vl-

dra sumendo ex omnibus partes
equales. Tam secundum

Putredo seu ulcus
gingiuarum est
terminus corrosionis
quemadmodum et cor-
rosio est terminus antique fluxus
san. ex eadem quoniam intra ista ta-
lis est ordo. Primo namque gingi-
ue mollificantur et imbibuntur
a materia reumatica descendente a ca-
pite per modum catarri. 2o
san. emittunt propter dissolucionem
sue compositionis. 3o corrodun-
tur et concaciantur materie propter
hu. ulcerante et denigrantur
et putrescunt donec cadunt.

Methadus. Cura pu-
tredinis gingiuarum colligitur
ex cura dicta capitulo de fetore
oris et capitulo de mobilitate den-
tium et capitulo de corrosione dentium
et capitulo de exitu san. ex gingiuis.

Pronosticatio. Pu-
trefactio quidem si valde proces-
serit raro curatur sed facit
hominem edentulum. Item ul-
cus gingiuarum si fuerit caute
rosum, mortale et proprie et cum
tetigerit epiglotum etc. Exple-
ta est sectio prima.

cere gingiuarum

Expleta est namque
cum dei auxilio Se-
ctione prima que fue-
rat de cura Passionum mem-
brorum integrantium ventrem
animalem que protenditur a vertice
capitis usque ad epiglotum sine
principium canne pulmonis exclu-
sive. Volumus nunc aggredi
Sectionem 2am que erit una
de cura passionum membrorum
constituentium ventrem spiritualem
que procedit ab epigloto usque ad
furtulam inferiorem ubi est
os stomachi. Item una cum Rasis
in 4o suo diuisionum dicit gratiam
implorantes Dicentes deum
itaque posto concessorem ad rec-
tificacionem sermonis et operis et auxi-
lium. Sermo quod sibi placet et ut sic
a proxima eius super nos cum
proprie ipse sit nostri omnium guber-
nator et rector.